Universitäts- und Landesbibliothek Bonn

Index scholarum quae, ..., in Universitate Fridericia Guilelmia Rhenana ... publice privatimque habebuntur

Universität <Bonn>

Bonnae, WS 1839/40(1839) - WS 1895/96(1895)[?]

WS 1894/95

urn:nbn:de:hbz:5:1-14994

Visual Library

INDEX SCHOLARVM

QVAE

SVMMIS AVSPICIIS

GVILELMI II

IMPERATORIS REGIS AVGVSTISSIMI

IN VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA

PER MENSES HIBERNOS A. MDCCCXCIV—V

A DIE XVI M. OCTOBRIS

PVBLICE PRIVATIMQVE HABEBVNTVR

Inest
de Gnomologiorum Graecorum historia atque origine
commentatio ab Antonio Elter scripta
(corollarium Eusebianum)

BONNAE
EX CAROLI GEORGI TYPOGRAPHEO ACADEMICO

RECTOR ET SENATVS

VNIVERSITATIS FRIDERICIAE GVILELMIAE RHENANAE

CIVIBVS

S.

Eusebius pr. ev. l. x considerandum proponit, quomodo Graeci non solum rerum Iudaicarum mentionem fecerint ἀλλὰ καὶ τῆς ὁμοίας αὐτοῖς διδασκαλίας τε καὶ μαθήσεως ἔν τισι τῶν εἰς βελτίωσιν ψυχῆς συντεινόντων δογμάτων ζηλωταὶ κατέστησαν et cum reliquas artes tum τὰ περὶ εὐσεβείας ἑνὸς τοῦ ἐπὶ πάντων θεοῦ οὐκ ἄλλοθεν εἶεν ἄν ἢ παρὰ μόνων Ἑβραίων πεπορισμένοι. atque cum Eusebii aetate vulgo Graeci omnia a barbaris mutuati esse crederentur, quibus argumentis ille nitatur videamus oportet. rem igitur mirandam non esse dicit, quoniam Graeci εἰσέτι καὶ νῦν ἁλίσκονται τῆς σφῶν αὐτῶν ἐν συγγράμμασι φιλοτιμίας ἀποστεροῦντες ἀλλήλους . . . μηδὲ τοῦτον δ' ὑπολάβῃς ἐμὸν εἶναι τὸν λόγον, αὐτῶν γὰρ τῶν πανσόφων ἀκούσῃ πάλιν τῆς ἐν λόγοις κλοπῆς ἀλλήλους ἀπελεγχόντων . . et auctorem profert — Clementem: ὁ μὲν οὖν ἡμέτερος Κλήμης ἐν ἕκτῳ στρωματεῖ τὴν περὶ τούτου σύστασιν εἰς πλάτος ἀπηύθυνε (str. 6 p. 737-753 omissis ipsis quae affert Clemens testimoniis, cf. i. ad Clem. l. l.). attamen si Clemens suspectus videbitur, τί δ' ἂν εἴποις, εἰ τὰ ὅμοια καὶ παρ' αὐτῶν μάθοις τῶν γενναίων σου φιλοσόφων; atque exhibet Porphyrium (cf. i.) et addit (10, 3, 26 p. 468) ἀρκεῖν ἀπὸ μυρίων ἡγοῦμαι τὰ εἰρημένα — utinam ἀπὸ μυρίων plura attulisset! sed prae ceteris laudari exspectaveris auctorem antiquissimum ac gravissimum Eusebioque familiarissimum Aristobulum, si verum est quod a quibusdam iam pro certo venditatur Aristobulum Peripateticum non solum ipsum falsarium fuisse sed Clementis in his str. VI περὶ κλοπῶν exemplis auctorem atque fontem exstitisse. vides talia Eusebium quidem in Aristobuli illo libro nunquam legisse.

deinde eo procedit ut demonstret Graecos omnia aliunde accepisse, sapientes viros in oriente versatos illorum sapientiae incubuisse (neque neglegit Platonis testimonia Tim. p. 22 B Epin. p. 986 E 987 D), omnino recentiores esse Graecos barbaris; auctores sequitur Clementem strom. 1 p. 361-4 Iosephum c. Ap. 1 c. 2-5 Diodorum 1 c. 96. tunc addit rationes temporum (c. 8 p. 482), ἵν' εἰ φανεῖεν τοῖς Ἑβραίων προφήταις τε καὶ θεολόγοις οἱ παρ' Ἕλλησιν ὁμοδοξοῦντες, μηκέτ' ἀμφιβάλλοις, τίνας ἦν εἰκὸς τὰ παρὰ τίνων ἀναλέξασθαι, πότερα τοὺς πρεσβυτέρους τὰ τῶν νέων Ἑβραίους τε τὰ Ἑλλήνων καὶ βαρβάρους τὰ φιλοσόφων ὧν οὐδὲ τῆς γλώσσης εἰκὸς ἐπαΐειν, ἢ ὅπερ καὶ μᾶλλον εἰκὸς τοὺς νέους τὰ τῶν πρεσβυτέρων καὶ τοὺς τὰ πλεῖστα τῶν ἐθνῶν περιειργασμένους Ἕλληνας καὶ τὰ Ἑβραίων μὴ ἀγνοῆσαι ἀρχῆθεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα φωνὴν μεταβεβλημένα (cum excerptis ex Africano Tatiano 31 sqq. Clemente str. 1 p. 378-84 Iosepho c. Ap. 1, 14) — theologorum ratiocinatio tam simplex et arguta ut quo confugias vix habere videaris: at quantum temporis elapsum sit dum haec fabula paullatim consederit ita ut vulgo reciperetur nunc nemo nescit.

itaque decimo libro οὐκ ἐμαῖς φωναῖς, ταῖς δ' ἔξωθεν μαρτυρίαις demonstravisse sibi videtur τοὺς Ἕλληνας μηδὲν οἰκοθεν σοφὸν ἐπενηνεγμένους, τὰ πάντα δὲ παρὰ βαρβάρων ἐσκευωρημένους, μηδὲ τὰ Ἑβραίων ἀγνοῆσαι λόγια καὶ τούτων δὲ ἐν μέρει καθάψασθαι, ὅτι μηδὲ τῆς τῶν σφετέρων ἐν συγγράμμασι φιλοτιμίας καθαρὰς ἐφυλάξαντο κλοπῆς τὰς χεῖρας· κλέπτας γὰρ αὐτοὺς οὐχ ὁ παρ' ἡμῶν λόγος, ὁ δ' ἐξ αὐτῶν παρεστήσατο (p. 507 C). iam libro XI τὴν ἔν τισιν εἰ καὶ μὴ ἐν πᾶσι τοῖς δογματικοῖς θεωρήμασι πρὸς τὰ Ἑβραίων λόγια συμφωνίαν τῶν παρ' Ἕλλησι φιλοσόφων ἐκφᾶναι studet ita ut τὸν κορυφαῖον ἁπάντων in examen vocet Platonem. εἰ δέ που δέοι dicit σαφηνείας ἕνεκα τῆς τοῦ ἀνδρὸς διανοίας καὶ τοῖς τὴν κατ' αὐτὸν ἐζηλωκόσι φιλοσοφίαν μάρτυσι χρήσομαι. atque affert c. 2 Atticum ἐν οἷς ἵσταται πρὸς τοὺς διὰ τῶν Ἀριστοτέλους τὰ Πλάτωνος ὑπισχνουμένους, c. 3 Aristoclem Peripateticum ἐν ἑβδόμῳ συγγράμματι ὧν περὶ φιλοσοφίας συνέταξεν, porro (p. 525) ἵνα γε μή τις ἡμᾶς παρερμηνεύειν ἡγήσηται τὰς τοῦ φιλοσόφου φωνάς (cf. p. 524) c. 10. 18. 22 Numenium Pythagoricum ἐν τῷ περὶ τἀγαθοῦ δευτέρῳ κτλ. συγγράμματι, cuius (p. 527 A) ἐκεῖνο τὸ λόγιον περιφέρεται δι' οὗ φάναι μνημονεύεται· τί γάρ ἐστι Πλάτων ἢ Μωσῆς ἀττικίζων; (cf. Clem. str. 1 p. 411), c. 11 Plutarchum ἐν τῷ περὶ τοῦ Εἰ τοῦ ἐν Δελφοῖς, (p. 535) εἰ δὲ καὶ ἑτέρων ἡμῖν πάλιν μαρτύρων δεῖ εἰς ἀναμφίλεκτον παράστασιν τῆς τε τοῦ φιλοσόφου διανοίας καὶ τῆς τοῦ λόγου κατασκευῆς c. 17 Plotinum ἐν οἷς περὶ τῶν τριῶν ἀρχικῶν ὑποστάσεων συνέταξε, c. 23 Didymum ἐκ τῶν περὶ ἀρεσκόντων Πλάτωνι συντεταγμένων, c. 28 Porphyrium ἐν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Βοηθὸν περὶ ψυχῆς, c. 36 Plutarchum ἐν τῷ περὶ ψυχῆς πρώτῳ — similiter καὶ οἱ τῶν ἱερῶν νόμων ἐξηγηταὶ ὅπως τὴν ἐν τοῖς Μωσέως γράμμασι διάνοιαν σαφηνίζωσι producuntur c. 15. 24 Philo Iudaeus et c. 25 Clemens Al. str. 5 c. 14 p. 702 — neque

c. 19 Amelium qui τῶν νέων φιλοσόφων διαφανὴς γεγονὼς τῆς Πλάτωνος καὶ αὐτὸς εἰ καί τις ἄλλος ζηλωτὴς φιλοσοφίας, πλὴν ἀλλὰ βάρβαρον ὀνομάσας τὸν Ἑβραῖον θεολόγον, εἰ καὶ μὴ ἐπ' ὀνόματος ἠξίωσε τοῦ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου (!) μνήμην ποιήσασθαι, ἐπιμαρτυρεῖ δ' οὖν ὅμως ταῖς αὐτοῦ φωναῖς praeteriit — Aristobulum quem postea (13, 12, 1 p. 663) ipse dicit de Platone sacrorum librorum imitatore egisse, ne commemorat quidem. exempla autem plurima quibus ipse Platonem Mosi comparat aut varios interpretandi modos percensere longum est. quamquam Eusebium non primum talia composuisse testis est e. g. Clemens aut quem modo vidimus Numenius. sed ut exemplo cognoscas quomodo procedat audi quae statim ab initio disputationis proferre non dubitavit (p. 514): cum Moses μακρῷ πρόσθεν ἡ τὸ φιλοσοφίας ὄνομα εἰς Ἕλληνας ἐλθεῖν omnia rectissime explanaverit, ἑπόμενος ὁ Πλάτων συμφέρεται τοῖς αὐτοῖς οὐκ ἄλλως ἢ βαρβάρων μνησθεὶς καὶ παρὰ τοῖσδε φήσας τόνδε σῴζεσθαι τὸν τρόπον, τάχα που τοὺς Ἑβραίους αἰνιττόμενος, ἐπεὶ μηδὲ παρ' ἑτέροις βαρβάροις ῥᾴδιον τὴν τοιάνδε παραφυλάξαι θεωρίαν. deinde affert Crat. p. 383 A 390 A 409 E (ἐννοῶ ὅτι πολλὰ οἱ Ἕλληνες ὀνόματα παρὰ τῶν βαρβάρων εἰλήφασι, cf. Epin. p. 987 D s. ap. Eus. 10, 4 p. 472), ubi Plato 'barbarorum' meminerit et εἰς Ἕλληνας παρὰ βαρβάρων ἥκειν τὰ πολλὰ τῶν ὀνομάτων διαρρήδην ὁμολογεῖ! haec certe ante patrum tempora quemquam ausum esse nemo opinor iudicabit. an tu putas ad Aristobulum fortasse talia redire quae Eusebius suo nomine proponit ad Platonis imitationem comprobandam? verum ne dicam de Alexandrinorum studiis Platonicis aut earum rerum ante Eusebium memoriam, tu alterum locum conferas quo eiusmodi interpretationis genus optime perspicitur (11, 13, 5 p. 531):

διαρρήδην δὲ ὁ αὐτὸς (Plato) ὁμολογεῖ ἐκ παλαιῶν (i. e. ex Hebraeorum libris cf. coh. 25 s. p. 164) τὸ περὶ τοῦ θεοῦ δόγμα μεμαθηκέναι λέγων ἐν τοῖς νόμοις (p. 715 E)·

[1]ὁ μὲν δὴ θεός, ὡς [ὥσπερ Plat.] καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχὴν [τε add. Plat.] καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχων [2] εὐθέᾳ περαίνει κατὰ φύσιν περιπορευόμενος[3]. τῷ δ' αἰεὶ ξυνέπεται δίκη τῶν ἀπολειπομένων τοῦ θείου νόμου τιμωρός[4]· ἧς ὁ μὲν εὐδαιμονήσειν μέλλων ἐχόμενος ξυνέπεται ταπεινὸς καὶ κεκοσμημένος[5]· ὁ δέ τις [om. i.] ἐξαρθεὶς ὑπὸ μεγαλαυχίας ἢ χρήμασι ἐπαιρόμενος ἢ τιμαῖς ἢ καὶ σώματος εὐμορφίᾳ ἅμα νεότητι καὶ ἀνοίᾳ φλέγεται τὴν ψυχὴν μεθ' ὕβρεως ὥστε [ὡς Plat.] οὔτε ἄρχοντος οὔτε τινὸς ἡγεμόνος δεόμενος ἀλλὰ καὶ ἄλλοις ἱκανὸς ὢν ἡγεῖσθαι καταλείπεται ἔρημος θεοῦ[6]· καταλειφθεὶς δὲ καὶ ἔτι ἄλλους τοιούτους προσλαβὼν σκιρτᾷ ταράττων πάντα ἅμα καὶ πολλοῖς τισιν ἔδοξεν εἶναί τις, μετὰ δὲ χρόνον οὐ πολὺν ὑποσχὼν τιμωρίαν οὐ μεμπτὴν τῇ δίκῃ ἑαυτόν τε καὶ οἶκον καὶ πόλιν ἄρδην ἀνάστατον ἐποίησε[7]. ταῦτα ὁ Πλάτων. —

σὺ δέ γε τῷ· ὁ μὲν δὴ θεὸς ἀρχὴν — ἔχων [1-2] παράθες ἀπὸ τῆς Ἑβραίων προφητείας τό (Ies. 41, 4)· ἐγὼ θεὸς πρῶτος καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα·

τῷ δέ [2-3] τό (ps. 10, 7)· εὐθύτητας εἶδε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ·

καὶ πρὸς τό [3-4] σύγκρινον τό (ps. 10, 7)· δίκαιος κύριος καὶ δικαιοσύνας ἠγάπησεν, καὶ τό (v. Rom. 12, 19 Hebr. 10, 30!)· ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει κύριος, καὶ τό (ps. 30, 24)· διότι ἔκδικος κύριος καὶ ἀνταποδίδωσι τοῖς περισσῶς ποιοῦσιν ὑπερηφανίαν·

τῷ δέ [4-5] ἑπόμενόν ἐστι τό (Deut. 13, 4)· ὀπίσω κυρίου τοῦ θεοῦ σου πορεύσῃ·

τῷ δέ [5-6] τό (v. 1 Petr. 5, 5 Iac. 4, 6 coll. prov. 3, 34!)· ὁ θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν, καί (Iob. 20, 5)· χαρμονὴ δὲ ἀσεβῶν πτῶμα ἐξαίσιον. ταῦτα μὲν οὖν ἀπὸ μυρίων σμικρὰ περὶ τοῦ ἐπὶ πάντων θεοῦ. θέα δὲ καὶ τὰ περὶ τοῦ δευτέρου αἰτίου κτλ.

iam Aristobulum Pauli et Iacobi epistulas legisse quis unquam fando audivit? ut 'barbari' ita ὁ παλαιὸς λόγος sim. ab ipsis Christianis dum Graecorum philosophiam cum sacra scriptura conciliare conantur ut Mosaicae originis indicia investigata et collecta sunt. at eandem 'verbi' Platonici interpretationem in Aristobulo deprehendimus (s. p. 163 sq.): verum aliud est Platonem secundum scripturam explicare et verba ὡς καὶ ὁ παλαιὸς λόγος ad 'antiquos' i. e. sacros Hebraeorum libros referre, aliud ex simili Platonis interpretatione in carmine Orphico verba ὡς λόγος ἀρχαίων ut gemelli testimonii notam tacita fraude interpolare. sed et Eusebius Aristobuli quem ipse postea affert nunc recordari non videtur — qua re iterum probatur parallela sacra et profana in illo multa non fuisse — et Aristobulum suo loco non parallelis sed gnomologico fonte usum esse ostendimus s. p. 202 sq. hoc addo, Plutarchum (s. p. 203) Aristotelem q. f. (de mundo 7 cf. Stob. ecl. 1 p. 83) Hippolytum (Doxogr. p. 567 cum Cedreno) Celsum (ap. Orig. 6, 15) Atticum (ap. Eus. pr. ev. 15, 5 p. 798) et Irenaeum (c. haer. 3, 25, 5) Clementem (protr. p. 60 cf. str. 2 p. 499) Eusebium (c. Hierocl. p. 544 D) Cyrillum (c. Iul. p. 80 D) Iustinum q. f. (coh. 25 s. p. 164) quibuscum cohaeret Aristobulus omnes partem priorem [1-4; Orig. 1-5 cf. Aristot.; Att. Hipp. coh. 1-2] afferre, integram eclogam [1-7] cum Eusebio (inde Theodoret. aff. cur. p. 241 et Suid.) solum Stobaeum ecl. 1, 3, 55[a] p. 64 (Πλάτωνος νόμων), cf. Alcin. epit. Plat. dogm. c. 28.

unde igitur Eusebium Platonica sumpsisse putabimus — sed cum Eusebius tot tantaque Platonis excerpta habeat ut in Platone habitare videatur, quin ipsum Platonem legerit quis dubitabit? verum eiusdemmodi alia eum fugerunt (velut παλαιὸς μὲν οὖν ἔστι τις λόγος Phaed. p. 70 B = Stob. ecl. 1, 49, 8 p. 326; ep. 7 p. 335 A πείθεσθαι δὲ ὄντως ἀεὶ χρὴ τοῖς παλαιοῖς τε καὶ ἱεροῖς λόγοις κτλ.; leg. p. 872 E ὁ γὰρ δὴ μῦθος ἢ λόγος . . . ἐκ παλαιῶν ἱερέων εἴρηται σαφῶς

cf. leg. p. 677 A 738 C Tim. p. 21 A, de proverbio Phaedr. p. 240 C symp. p. 195 B leg. p. 757 A Gorg. p. 499 C), alia tam male coniungit (cf. Freudenthal Alexander Polyh. p. 5. 7) ut qui excerptis utitur. quid? parallela illa omnia — ne dicam de inaudita verborum παλαιὸς λόγος interpretatione, cui reliqua deinceps sacrorum librorum parallela bene male adiuncta sunt, cf. Clem. str. 2 p. 499 al. — non ex viva Platonis lectione sed ex excerptorum collectionibus sive historicis sive gnomologicis deducta esse nonne ipsa rei natura et exemplis quae cognovimus satis superque comprobatur? atque cum Platonicorum quoque libros eum adhibere et per totum librum Platonicae doctrinae singulas partes ordine pertractari videas, compendium quoddam philosophiae Platonicae ei ad manum fuisse quo doctus atque ductus singula eligeret et evolveret facile conieceris. quae quam non indigna sint in quae attentius inquiratur exemplo statim probabo ad Stobaei fontes dignoscendos haud minus apto. sed ut rerum nexum atque Eusebii interpretationes simul paucis comprehendamus, exordiendum est a c. 28 p. 557: ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ περὶ τῆς ἀσωμάτου καὶ ἀφανοῦς οὐσίας σύμφωνα καὶ ὁμόδοξα Μωσεῖ καὶ Πλάτωνι συνέστη, ὥρα καὶ τὰ λοιπὰ μέρη τῆς κατὰ Πλάτωνα φιλοσοφίας ἐπιθεωρῆσαι δεῖξαί τε τὸν ἄνδρα Ἑβραίοις κατὰ πάντα φίλον, et ἐπεὶ πεφώραται ἐν τῇ περὶ τῶν νοητῶν ἐποπτείᾳ συνῳδὰ καὶ σύμφωνα τὰ τεθειμένα, ὥρα ἐπανελθοῦσιν αὖθις ἐπὶ τὴν τῶν αἰσθητῶν φυσιολογίαν ἐν βραχέσι τὴν πρὸς τὰ Ἑβραίων ἐπιδραμεῖν τοῦ ἀνδρὸς συμφωνίαν· atque (c. 29) Μωσέως γενητὸν ἀποφηναμένου τόδε τὸ πᾶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ γενόμενον, λέγει δ' οὖν ἀρχόμενος τῆς ἑαυτοῦ γραφῆς (Gen. 1, 1)· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς κτλ. ἄκουε τοῦ Πλάτωνος ὡς οὐκ ἐκπίπτει τῆς διανοίας ὧδέ πη καὶ αὐτὸς γράφων (Tim. p. 28 A cf. Stob. ecl. 1 p. 137)· πᾶν δὲ αὖ — γένεσιν ἔχειν,

καὶ ἐπιλέγει (p. 28 B-C cf. i. ad Clem. str. 5, 692)· ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς — ἀδύνατον λέγειν,

καὶ αὖθις ἑξῆς φησιν (p. 30 B cf. Stob. ecl. 1 p. 181)· οὕτως οὖν δὴ — γενέσθαι πρόνοιαν.

πάλιν Μωσέως καὶ τούτους εἶναι γενητοὺς διδάξαντος δι' ὧν ἔφησε (Gen. 1, 14)· καὶ εἶπεν ὁ θεός, γενηθήτωσαν φωστῆρες . . καὶ ἔθετο αὐτοὺς ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, ὁμοίως ὁ Πλάτων (Tim. p. 38 C cf. Eus. 13, 18 p. 703 Stob. ecl. 1 p. 109)· ἐξ οὖν λόγου — σώματα δὲ αὐτῶν ποιήσας ὁ θεὸς ἔθηκεν εἰς τὰς περιφοράς (quae ad verbum congruere dicit cum Mosaicis καὶ ἔθετο κτλ.).

deinde (c. 31) τῆς Ἑβραίων φωνῆς ἑφ' ἑκάστῳ τῶν δημιουργημάτων ἐπιφωνούσης· καὶ εἶδεν ὁ θεὸς ὅτι καλὸν κτλ. ἄκουε τοῦ Πλάτωνος ὡς φησιν (Tim. p. 29 A)· εἰ μὲν δὴ καλὸς — πρὸς τὸ ἀίδιον ἔβλεπε,

καὶ πάλιν (ibd.)· ὁ μὲν γὰρ κ. τ. γ., ὁ δ' ἆ. τῶν αἰτίων.

atque haec de mundi creatione. sequitur caput (32) de exitu mundi: καὶ περὶ τούτου πάσης Ἑβραίων γραφῆς διαλαλούσης τότε μὲν δι' ὧν φησι (Ies. 34, 4)· καὶ εἰλιγήσεται ὁ οὐρανὸς ὡς βιβλίον, τότε δὲ δι' ὧν ἐπιλέγει (Ies. 65, 17)· καὶ ἔσται ὁ οὐρανὸς καινὸς καὶ ἡ γῆ καινή, ἃ ἐγὼ ποιῶ μένειν ἐνώπιόν μου, λέγει κύριος. καὶ πάλιν ἄλλοτε δι' ὧν φησι (1 Cor. 7, 31!)· παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου, καὶ ὁ Πλάτων ἄκουε γοῦν ὅπως τὸ δόγμα συνίστησι λέγων ἐν Τιμαίῳ (p. 32 C)· καὶ ξυνεστήσατο οὐρανὸν ὁρατὸν καὶ ἁπτόν, καὶ διὰ ταῦτα ἔκ τε δὴ τούτων καὶ τῶν τοιούτων . . . τὸ τοῦ κόσμου σῶμα ἐγεννήθη . . ἄλυτον ὑπὸ τῶν ἄλλων πλὴν ὑπὸ τοῦ ξυνδήσαντος γενέσθαι (cf. Eus. 13, 18 p. 702).

εἶθ' ἑξῆς φησι (Tim. p. 38 B)· χρόνος δ' οὖν μετὰ οὐρανοῦ γέγονεν, ἵνα ἅμα γεννηθέντες ἅμα καὶ λυθῶσιν, ἄν ποτε λύσις τις αὐτῶν γίγνηται (item coh. 33 πόθεν δὲ μαθὼν ὁ Πλάτων τὸν χρόνον μετ' οὐρανοῦ γεγενῆσθαι ἔγνω; οὕτω γὰρ γέγραφε· χρόνος δ' οὖν κτλ. οὐχὶ καὶ τοῦτο ἀπὸ τῆς θείας Μωυσέως ἱστορίας μεμαθηκώς; ἔγνω γὰρ scil. Genes. 1, 1. 5! πόθεν δὲ καὶ περὶ λύσεως οὐρανοῦ φαντασθεὶς οὕτω γέτραφεν; οὐχὶ καὶ τοῦτο παρὰ τῶν ἱερῶν προφητῶν μεμαθηκώς;).

καὶ πάλιν εἰπών (Tim. p. 41 A)· θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς πατήρ τε ἔργων ἃ δι' ἐμοῦ γενόμενα ἄλυτα ἐμοῦ μὴ θέλοντος, ἐπάγει λέγων ἑξῆς (Tim. p. 41 A-B)· τὸ μὲν οὖν δὴ δεθὲν πᾶν λυτόν, τό γε μὴν καλῶς ἁρμοσθὲν καὶ ἔχον εὖ λύειν ἐθέλειν κακοῦ. διὸ καὶ ἐπείπερ γεγένησθε, ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἐστὲ οὐδ' ἄλυτοι τό πάμπαν· οὔτι μὲν δὴ λυθήσεσθέ γε οὐδὲ τεύξεσθε θανάτου μοίρας τῆς ἐμῆς βουλήσεως μείζονος ἔτι δεσμοῦ καὶ κυριωτέρου λαχόντες ἐκείνων οἷς ὅτε ἐγίγνεσθε συνεδεῖσθε (cf. Eus. 13, 18 p. 703); seq. Politic. p. 269 C-273 E usque ad verba τοῦτο μὲν τέλος πάντων εἴρηται (cum resurrectione mortuorum sim.), tunc nulla distinctione rep. 10 p. 614 A-D. quae ita inter se componi sane mirum est. nam ut γενητὸν εἶναι τὸν κόσμον non sine specie Platonem statuisse sumpsit (qua de re inter Platonicos praecipue multum litigatum est cf. Zeller[4] 2, 1, 792), ita qui mundum solutum ita et mutatum iri ex Platone collegit, non ipse Timaeum pertractavit sed eclogis obiter inspectis ob verba ἵνα ἅμα γεννηθέντες ἅμα καὶ λυθῶσιν et similia Platonem Mosi assentientem fecit. at ultimae Platonis eclogae eaedem, contrario quidem proposito sed eodem ordine coniunctae recurrunt in Stob. ecl. 1 cap. 20 περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς (p. 180 W.) hoc modo (sine lemmate):

9ª ὅτι δὲ τὸ πᾶν ἀίδιον, δηλοῖ σαφῶς. λέγει γοῦν ἐν Τιμαίῳ οὕτως· ἔκ τε δὴ τούτων καὶ τοιούτων . . . ὑ. τ. ξυνδήσαντος γενέσθαι.

9ᵇ χρόνος δ' οὖν μετ' οὐρανοῦ γέγονεν . . ἄν π. λύσις τις αὐτῶν γίγνηται, καὶ κατὰ τὸ παράδειγμα τῆς διαιωνίας φύσεως, ἵν' ὡς ὁμοιότατος αὐτῷ κατὰ δύναμιν ᾖ . . . γεγονώς τε καὶ ὢν καὶ ἐσόμενος (p. 38 C cf. i. Stob. p. 110).

10 ἐν ταὐτῷ· θεὸς θεῶν . . . συνεδεῖσθε (item Philo incorr. m. p. 223 Bern., cf. i. ad Clem. str. 5 p. 710).

quae in Stobaeo rursus cohaerent cum ecl.

8 Πλάτωνος ἐν τῷ Τιμαίῳ, ὅτι τὰ στοιχεῖα εἰς ἄλληλα μεταβάλλεται (p. 49 B-E)· πῶς οὖν δὴ τοῦτο αὐτὸ κτλ. (antecedit ecl. 7 Arii Didymi fr. phys. 27).

atque haec derivata esse ex enchiridio aliquo de physica Platonis (περὶ ἀφθαρσίας κόσμου) Stobaei summaria in Platonicis eclogis insolita demonstrant, idem autem enchiridion et a Stobaeo et ab Eusebio adhibitum esse iam veri est simillimum.

quod si ita est, etiam alia eiusdem originis excerpta in Stobaeo latere probabile est. velut capitis sequentis (π. κόσμου καὶ εἰ ἔμψυχος καὶ προνοίᾳ διοικ. . . καὶ πόθεν τρέφεται) ecloga prima est (p. 181) Πλάτωνος. Πλάτων τὸν κόσμον ἔφησε ζῷον ἔμψυχον ἔννουν τε ὅτι τε ἀφ' ἑαυτοῦ τρέφεται, τὸ δὲ ἡγεμονικὸν τοῦ κόσμου ἐν οὐρανῷ τίθεται. λέγει γοῦν οὕτως ἐν τῷ Τιμαίῳ (p. 30 A-B)· βουληθεὶς γὰρ ὁ θεὸς ἀγαθὰ μὲν πάντα . . . οὕτως οὖν δὴ κατὰ λόγον τὸν εἰκότα δεῖ λέγειν τόνδε τὸν κόσμον ζῷον ἔμψυχον ἔννουν τε τῇ ἀληθείᾳ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ γενέσθαι πρόνοιαν (cf. Eus. s. 11, 29 p. 558 ultima verba οὕτως οὖν — πρόνοιαν, Eusebium p. 557 sq. sequitur Iulianus c. Christ. p. 172 sq. Neum. cf. Iul. p. 203; prima verba i. Stob. p. 128). sequitur ecl. 2 (s. l. Tim. p. 33 C) ἁπήει τε γὰρ οὐδὲν οὐδὲ προσήει . . . ἐκ τέχνης γέγονεν (item Philo incorr. p. 232), deinde placita. atque eiusdem generis plura sunt cum placitorum excerptis peculiariter coniuncta, quae quam brevissime colligam:

Stob. 1 p. 137 W. (π. αἰτίων) post plac. 1, 11 (Doxogr. p. 309) n. 1. 2 (quorum hoc est Platonis, Πλάτων τριχῶς τὸ αἴτιον κτλ.) additur λέγει γοῦν ἐν Τιμαίῳ (p. 28 A-B cf. s. Eus. 11, 29 p. 557), dein sequitur plac. n. 3. 4, tunc (pro plac. n. 5 Stoicorum) ex Didymi epitomes fragmentis physicis quae supplendis Aetii placitis adhibere solet fr. 18 (de Zenone Chrysippo Posidonio), denique plac. n. 6-8

p. 131 (π. ὕλης v. Dox. p. 308) post plac. 1, 9, 2-5 (ult. Plat.) adnectitur s. l. Tim. p. 50 B-D, seq. Did. fr. 2. 20 (Arist. Zen. Chrys.), plac. n 6. 7, Did. fr. 20 (Posid.)

p. 128 (π. ἀρχῶν v. Dox. p. 275) plac. 1, 2, 1 (οἱ μὲν οὖν περὶ Ἀριστοτέλην καὶ Πλάτωνα); 2 (Θαλῆς δ' ὁ Μιλήσιος); λέγει γοῦν ἐν Τιμαίῳ (p. 30 A)· βουληθεὶς γὰρ — ἐκ τῆς ἀταξίας (cf. s. Stob. p. 181); seq. Did. fr. 21 (Chrys.): Timaei locus post placita (male quidem Platonis nomine omisso) additus ut solent Didymi excerpta

p. 72 (π. ἀνάγκης v. Dox. p. 321) post plac. 1, 25, 2-4 ita codd.: Πλάτων ὁτὲ μὲν — σχέσιν (plac. 1, 26, 3). καὶ τὰ μὲν — ἀνάγκην (plac. 1, 25, 5). αἰτίαν χρηστικὴν — στοιχείων (v. i. Emped.). λέγει γοῦν ἐν τῷ Τιμαίῳ (p. 48 A)· μεμιγμένη — ἄρχοντος. Ἐμπεδοκλῆς αἰτίαν χρηστ. — στοιχείων (plac. 1, 26, 1): Timaei locus primum post placita adiectus est, tunc ne a Platonis placitis Empedocleo disiungeretur, hoc postpositum omissa tamen superiore loco delendi nota, unde librarii tacito tantum Empedoclis nomine omnia transcripserunt

p. 197 (π. τάξεως τοῦ κόσμου v. Dox. p. 334) post plac. 2, 6, 4 (Plat.) pergit λέγει γοῦν ἐν Τιμαίῳ οὕτως (p. 32 C-33 A cf. Philo incorr. p. 228 Stob. p. 160)

p. 160 (π. κενοῦ καὶ τόπου v. Dox. p. 317. 338) post placita (quorum ultima 1, 19, 1. 2, 9, 4 Platonis) pergit λέγει γὰρ ἐν τῷ Τιμαίῳ οὕτως (p. 32 C-33 A [= Stob. s. p. 197] + 33 B-C), seq. Did. fr. 25 (Chrys.)

p. 109 (π. χρόνου v. Dox. p. 318) post plac. 1, 21, 2. 22, 9. 22, 1 (Platonis omnia coniuncta) pergit λέγει γὰρ ἐν τῷ Τιμαίῳ οὕτως (p. 37 C-38 D + 39 D cf. Eus. 11, 9 p. 524 [p. 37 E-38 B], Euseb. s. 11, 30 p. 558 [p. 38 C], cf. Philo incorr. p. 238 s. Stob. p. 180)

p. 145 (π. σχημάτων v. Dox. p. 312) post plac. 1, 14, 1 pergit Πλάτωνος. Πλάτων ἔφησε σφαιροειδῆ τὸν κόσμον ὑπάρχειν (cf. s. Stob. p. 181). λέγει γὰρ οὕτως ἐν Τιμαίῳ (p. 33 B), seq. ἐν ταὐτῷ (p. 62 D-63 A), tunc plac. 1, 14, 2-6

p. 199 (εἰ ἓν τὸ πᾶν v. Dox. p. 329) post plac. 2, 1, 2-3. 8 seq. Πλάτων ἕνα τὸν κόσμον ἀπεφήνατο. λέγει γὰρ ἐν τῷ Τιμαίῳ οὕτως (p. 31 A-B cf. Eus. 11, 13 p. 530 Clem. str. 5 p. 693 Theodoret. p. 175 G. Cyr. c. Iul. 8 p. 266 D).

accedunt ut videtur:

p. 325 (π. ψυχῆς v. Dox. p. 392) post plac. 4, 6, 2 (Arist.) seq. Πλάτων ἄφθαρτον καὶ ἀεικίνητον (pro plac. 4, 6, 1 breviatum). λέγει γοῦν ἐν Φαίδωνι (p. 69 E-70 B). seq. ἐν ταὐτῷ (p. 70 C-71 A + 71 C-72 A). ἐν ταὐτῷ (p. 78 B-C + 79 A-80 D inde a verbis θῶμεν οὖν ut Eus. 11, 27 p. 551; cf. Stob. p. 333) et p. 472 (π. αἰσθήσεως v. Dox. p. 394) post plac. 4, 8, 2 (Epic.). 3 (Plat.) pergit λέγει δὲ ἐν τῷ Φιλήβῳ ὧδε (p. 34 A), seq. plac. 4, 8, 4-7.

haec omnia adeo inter se sunt consimilia ut eundem fontem (de physica Platonis secundum Timaeum praecipue doctrina) facile agnoscas. atque hoc fonte ad supplenda Aetii placita Platonis breviuscula eadem ratione et eodem loco usus est quo in reliquis Arii Didymi eclogis ex dogmatum epitoma. verum iam Dielsius miratus est Stobaeum Didymi Platonica sprevisse, eclogas enim Platonicas ipsi Stobaeo tribuebat φιλοπλάτωνι (p. 75). neque tamen minus mirum Eusebium qui praeter Stobaeum fere unus Didymi enchiridion adhibuit et de Stoicis larga excerpta inseruit praep. ev. libro xv (fr. 29. 36 [= Stob. p. 171]. 37. 39) in illustranda philosophia Platonis Platonicam Didymi partem neglexisse. iam vero quid rei sit accipe. Eusebius quem σαφηνείας ἕνεκα τῆς τοῦ ἀνδρὸς διανοίας καὶ τοῖς τὴν κατ' αὐτὸν ἐζηλωκόσι φιλοσοφίαν μάρτυσι uti voluisse et usum esse cognovimus, c. 23 (post Numenium) Platonis ipsius verbis propositis ex Timaeo (p. 29 A + 30 C nulla distinctione coniunctis ut in Stobaeo saepius) ita pergit p. 545 B: ταῦτα μὲν οὖν ὁ Πλάτων ἐν Τιμαίῳ. τὴν δὲ τῶν εἰρημένων διάνοιαν ἐκ τῶν Διδύμῳ περὶ τῶν ἀρεσκόντων Πλάτωνι συντεταγμένων ἐκθήσομαι. γράφει δὲ οὕτως (fr. 1)· τῶν κατὰ φύσιν αἰσθητῶν κτλ. = Stob. ecl. 1, 12, 2ª p. 135 (s. l.) περὶ δὲ

τῶν ἰδεῶν ὑδὶ διεξήρχετο, τῶν κατὰ φύσιν αἰσθητῶν κτλ.: idem Didymi fragmentum de philosophia Platonis uterque adhibuit. ita autem Stobaei (c. π. ἰδεῶν) eclogae se excipiunt ut nihil eorum quae supra notavimus deesse videatur: plac. 1, 10, 1. 2; Did. fr. 5 (pro plac. n. 4 Aristot.); Did. fr. 40 in. s. l. (pro plac. n. 5 v. i.); Did. fr. 1 (pro plac. n. 3 Plat.) = Eus. v. s.; tunc subsequitur λέγει γοῦν καὶ ἐν τῷ Παρμενίδῃ (p. 132C-D); denique Did. fr. 40 (Ζήνωνος pro plac. n. 5 οἱ ἀπὸ Ζήνωνος Στωικοί). scilicet Stobaeus antequam Did. fr. 40 ad finem perscriberet Platonem qui ante Aristotelem ponendus erat exhibuit, deinde Did. fr. 40 (antea non deletum) denuo transcripsit; in Did. fr. 1 autem et lemma deest et Platonis locus solito more adiungitur (λέγει γοῦν καὶ ἐν τῷ Π.), tamquam Platonis eclogae ex Timaeo olim ut in Eusebio cum fr. 1 lectae fuerint. ita si animum attendis (et apparatum criticum potius quam viros criticos sequeris), omnia explicantur (v. nunc e. g. Stob. p. 128-137). quae si recte disputata sunt, quam multa etiam in Eusebii compilationibus exquirenda restent manifestum est. compendia antiqua philosophiae Platonicae in Platonis ac sacrae scripturae comparationem a scriptoribus ecclesiasticis deflexa esse videmus; neque quae Eusebius Didymi fragmento subscribit verba φθάνει γε μὴν καὶ ταῦτα Μωσῆς ὁ πάνσοφος πρὸ τοῦ φαινομένου ἡλίου καὶ ἄστρων καὶ πρὸ τοῦ ὁρωμένου οὐρανοῦ . . φῶς ἕτερον . . πρὸς τοῦ πανηγεμόνος καὶ αἰτίου τῶν ὅλων θεοῦ ποποιῆσθαι διδάσκων κτλ. de harum comparationum origine nos decipient: Aristobuli et similium vestigia nulla sunt.

Didymum igitur qui Platonis physicam tamquam per commentarium in Timaeum illustraverat et Stobaeus et Eusebius ita secuti sunt ut eius 'manuductione' usi ipsius Platonis eclogas plerumque excerperent, nisi fortasse religio eos movit ut Platonem dehinc evolverent et locos inspicerent; ipsius Didymi verba in Platone Stobaeus raro ut videtur exscripsit (cf. Dox. p. 304 sq.), ut tota nunc deest in ethicis Didymi (Stob. ecl. 2 p. 37-152) pars Platonica. Didymum autem Platonis tot eclogas compendio inseruisse mirum non est. nam in aliis quoque eum scriptorum verba afferre videmus (cf. fr. 38 Ζήνωνα δὲ οὕτως ἀποφαίνεσθαι διαρρήδην, cf. fr. 32. 24. 26, in meteorologicis autem Aristotelis libros ad verbum plerumque compilavit cf. Diels p. 75) et Platonis praecipue libris indicandis et excerpendis eum delectatum esse epitomes fragmenta ethica (Stob. ecl. 2 p. 47 sqq. cf. Diels p. 70) ostendunt (similiter ut hoc addam in Hippolyti philosophumenis Platonis imprimis ipsa verba adscripta sunt cf. Dox. p. 567 sqq.). sed qua ratione Eusebius Didymum etiam in aliis expresserit aut quae fortasse in Stobaeo reperiri possint cum placitis Aetianis contaminata persequi nolo (cf. Diels p. 72[2]). velut Didymi ni fallor sunt etiam Stob. p. 167 eclogae Πλάτωνος ἐκ τῶν Παρμενίδου (p. 138 B) et τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ Τιμαίου (p. 43 B) a Stobaeo insertae inter Did. fr. 22 (Chrys.). 23 (Zen.) et fr. 24 (Apollod.), quos Wachsmuthus post fr. 24 temere traiecit (cf. etiam Platonica p. 492 et 494). vel quod legitur Stob. p. 200 post plac. 2, 11, 1. 2. 4. 5 Ἀριστοτέλης ἐκ πέμπτου σώματος (i. e. plac. n. 3). λέγει γοῦν ἐν τοῖς περὶ τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως καὶ οὐρανοῦ λόγοις οὕτως. συνεστάναι δὲ τὰ ἄστρα κτλ. (Did. fr. 9), verba λέγει γοῦν . . . οὕτως non ex scholastica memoria (cf. Diels p. 216), sed ex ipso Didymo quamvis male excerpta Stobaeum adscripsisse iudico (cf. Dox. p. 316). ne tamen Pythagorica Stobaei (Diels p. 75) ob manifestam cum Platonicis eclogis similitudinem scrupulum moveant, memineris in his inserendis Stobaeum eandem fere rationem secutum esse atque in Arianis, cuius rei luculentum exemplum est Ocellus Dox. p. 356 a Stobaeo inter placita interpolatus; 'placita' igitur horum eclogis ipse praefixit (cf. praes. Stob. p. 172, 6 et 9 sqq.), non argumenta qualia sunt in Platonicis ex Didymo desumpta. an Arianae epitomes peculiarem partem de Pythagoreis Ionicisque philosophis fuisse existimabimus cui tribuamus Ocellum Stob. ecl. 1 p. 139. 173, Philolaum p. 172, Aristaeum p. 176 et cum iis fortasse Leucippum Heraclitumque Dox. p. 321 sq. (cf. Diels p. 78)? quod mihi non probatur (cf. e. g. Hermet. Stob. ecl. 1 p. 127. 131), quamquam Ocellum quidem cum Didymi enchiridio nescio quo pacto antiquitus cohaerere video.

etenim idem quod modo Didymo tribuimus philosophiae Platonicae compendium adhibuit Philo in libro περὶ ἀφθαρσίας κόσμου, certe quibus ille utitur Timaei locis ad declarandam Platonis sententiam inter ea quae ex Stobaeo (et Eusebio) supra collegimus recurrunt omnes: p. 223 γενητὸν δὲ καὶ ἄφθαρτόν φασιν ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Τιμαίῳ δηλοῦσθαι διὰ τῆς θεοπρεποῦς ἐκκλησίας ἐν ᾗ λέγεται . . . (p. 41 A): θεὸς θεῶν, ἐγὼ — συνεδεῖσθε (ita in testium grege soli Stobaeus p. 180 Eusebius p. 559 Philo; sunt etiam in lectionibus artioris cognationis indicia, cf. θεὸς θεῶν Stob. Phil. item Hippol. Dox. p. 568, ἃ δι' ἐμοῦ γιγνόμενα om. Eus. Phil. al., διὸ Stob. Eus. Phil.). tum iis qui Platonis sententiam aliter explicandam esse censeant refutatis pergit p. 225 πατέρα δὲ τοῦ Πλατωνείου δόγματος ἔνιοι νομίζουσι τὸν ποιητὴν Ἡσίοδον (cf. theog. 116). μακροῖς δὲ χρόνοις πρότερον ὁ τῶν Ἰουδαίων νομοθέτης Μωυσῆς γενητὸν καὶ ἄφθαρτον ἔφη τὸν κόσμον ἐν ἱεραῖς βίβλοις· εἰσὶ δὲ πέντε ὧν τὴν πρώτην ἐπέγραψε Γένεσιν, ἐν ᾗ ἄρχεται τὸν τρόπον τοῦτον (Gen. 1, 1) . . εἶτα προελθὼν ἐν τοῖς ἑπειτα μηνύει πάλιν ὅτι ἡμέραι καὶ νύκτες κτλ., οἳ χρόνου μετρήσεως φύσιν ἐδέξαντο (Gen. 1, 14), μετὰ τοῦ παντὸς οὐρανοῦ μοίρας ἀθανάτου λαχόντες διατελοῦσιν ἄφθαρτοι (id quod elicuit ex Gen. 8, 22!). accedit p. 228 μαρτύρια δὲ καὶ τὰ ἐν Τιμαίῳ περὶ τοῦ τὸν κόσμον ἄνοσον εἶναι καὶ μὴ φθαρησόμενον τάδε (p. 32C; soli testes Stobaeus p. 160. 197 et Philo, etsi Philo paullo plura affert; cf. Phil. p. 247. 249)· τῶν

δὲ δὴ τεττάρων — ἐτεκτήνατο. τοῦτο μὲν δὴ παρὰ Πλάτωνος πρὸς τὴν ἀφθαρσίαν τοῦ κόσμου μαρτύριον εἰλήφθω, τὸ δ' ἀγένητον παρὰ τῆς φυσικῆς ἀληθείας (nam ea de re Platonem dissentire dixerat); deinde p. 232 διὸ καὶ Πλάτων εὖ (p. 33C; soli testantur Stobaeus p. 182 et Philo qui pauca verba in fine addit)· ἀπῆει τε γάρ, φησίν, οὐδέν — ἢ προσδεές. denique p. 238 μεγίστην μέντοι παρέχεται πίστιν εἰς ἀιδιότητα καὶ ὁ χρόνος. εἰ γὰρ ἀγένητος ὁ χρόνος, ἐξ ἀνάγκης καὶ ὁ κόσμος ἀγένητος. διὰ τί; ὅτι, ἢ φησιν ὁ μέγας Πλάτων, ἡμέραι καὶ νύκτες μῆνές τε καὶ ἐνιαυτῶν περίοδοι χρόνον ἔδειξαν (cf. Tim. p. 37 E Stob. p. 180 Eus. p. 558 coh. 33; Timaei loco, quode cf. Bernays üb. Philons Schrift 1882 p. 52, aeque abutuntur et Stobaeus et Philo). in tanto consensu dubitari nequit, quin Philo ne Platonica quidem (cf. Diels Dox. p. 107) propria lectione (cf. Phil. p. 224) indagaverit sed ex compendio hauserit Arii Didymi. iam vero p. 223 antequam Platonis sententiam recenseat haec dicit: ἔνιοι δὲ οὐκ Ἀριστοτέλην τῆς δόξης εὑρετὴν λέγουσιν, ἀλλὰ τῶν Πυθαγορείων τινάς. ἐγὼ δὲ καὶ Ὀκέλλου συγγράμματι, Λευκανοῦ γένος, ἐπιγραφομένῳ περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως ἐνέτυχον, ἐν ᾧ ἀγένητόν τε καὶ ἄφθαρτον οὐκ ἀπεφαίνετο μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' ἀποδείξεων κατεσκεύαζε τὸν κόσμον εἶναι. Ocelli librum se ipsum legisse nisi finxit (quem Varroni iam cognitum fuisse monstravit Diels Dox. p. 187), certe aliunde eius notitiam accepit. at in Stobaeo inter Aetii et ipsius Didymi (de Posid. et Plat. p. 179 sqq.) excerpta leguntur quae supra dixi fragmenta p. 172 Φιλόλαος ἄφθαρτον τὸν κόσμον εἶναι. λέγει γοῦν οὕτως ἐν τῷ περὶ ψυχῆς — Ὄκελλος ἀίδιον τὸν κόσμον. ὡδὶ γὰρ ἐν τοῖς περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως λέγει — Ἀρισταῖος ἔφησεν ἄφθαρτον εἶναι τὸν κόσμον. λέγει γοῦν ἐν τῷ περὶ ἁρμονίας οὕτως. quae quomodo explicanda sint nescio, neque in quaestionem de Philonis libri fontibus descendere nunc licet, non ingratum tamen me fecisse confido cum in rem controversiis agitatissimam (cf. Susemihl Gr. Litt. Alex. 2, 322 acc. Norden Jahrb. f. Phil. Suppl. 19, 440) novum argumentum contulerim.

iam vero ut ad Eusebium pedem referamus vides ni fallor quam recentia sint parallela illa sacra et profana, omni studio undique ex philosophicis gnomologicisque enchiridiis collecta neque ex 'Aristobuli' aliisque Ptolemaeorum aetatis collationibus quae putabantur (facilius sane si praesto fuissent) deducta; vides quid sibi velint Eusebii de Mosis Platonisque consensu verba totiens repetita ut lectoribus eum paullatim rem persuasisse mirum non fuerit cf. c. 9 p. 524 θέα τίνα τρόπον οὐ μόνον τὴν διάνοιαν, ἀλλὰ καὶ τὰς λέξεις αὐτὰς καὶ τὰ ῥήματα τῆς Ἑβραίων γραφῆς παραξέσας ὁ Πλάτων ἐξοικειοῦται τὸ δόγμα, c. 12 p. 530 τούτοις καὶ ὁ Π. συμφώνως, c. 13 πάλιν ὁ Π. τούτῳ συντρέχων, c. 16 p. 534 τοῖς Ἑβραίων ἐπηκολουθηκέναι δόγμασιν, c. 26, 8 p. 550 ἄντικρυς δ' ἔοικεν ὁ Π. τὸ Μωσέως λόγιον μεταφράζειν, c. 27 καὶ ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς δὲ ἀθανασίας οὐδὲν Μωσέως ὁ Π. διέστηκε τῇ δόξῃ, p. 551 Μωσεῖ ὥσπερ μεμαθητευμένος similia. quamquam quomodo id explicaret vix ipse habuit, cf. c. 8 p. 523 οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς τῶν νοητῶν καὶ ἀσωμάτων παιδεύσεώς τε καὶ θεωρίας τῷ πανσόφῳ Μωσεῖ καὶ τοῖς Ἑβραίων προφήταις Πλάτων ὁ θαυμάσιος ἐπηκολουθηκέναι διὰ τῶν οἰκείων φωνῶν ἐστι δῆλος, εἶτ' ἐξ ἀκοῆς εἰς αὐτὸν ἡκούσης μαθών (ἐπεὶ καὶ συνίσταται παρ' Αἰγυπτίοις τηνικάδε τὰς διατριβὰς πεποιημένος καθ' ὃν Ἑβραῖοι τῆς οἰκείας δεύτερον ἀποπεσόντες γῆς Αἰγυπτίοις ἐπεχωρίαζον Περσῶν ἐπικρατούντων — Aristobulum audire tibi videaris Eus. 13, 12, 1 p. 664), εἴτε καὶ παρ' ἑαυτοῦ τῇ τῶν πραγμάτων ἐπιβαλὼν φύσει, εἴτε ὑπωσοῦν ὑπὸ τοῦ θεοῦ καταξιωθεὶς τῆς γνώσεως (!)· ὁ θεὸς γάρ, φησίν (Rom. 1, 20), αὐτοῖς ἐφανέρωσε κτλ., sive c. 26 p. 549 post excerpta ex Plat. leg. πόθεν καὶ ταῦτα τῷ Πλάτωνι, ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν ἔχοιμι φράζειν· ὃ δ' ἔχω φάναι ἀληθὲς μυρίοις πρόσθεν ἢ Πλάτωνα γενέσθαι χρόνοις καὶ τοῦθ' Ἑβραίοις ἀνωμολογῆσθαι τὸ δόγμα.

SCHOLAE

SECVNDVM ORDINES DISCRIPTAE

I. ORDINIS THEOLOGORVM EVANGELICORVM

a. Professores Ordinarii

Gvilelmvs Lvdovicvs KRAFFT Dr. *Publice* I) Historiam ecclesiae rhenano-guestfalicae enarrabit bis d. Sat. h. IX et X. *Privatim* II) Historiae ecclesiasticae partem primam (usque ad Caroli M. tempora) tradet quinquies d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. X. *Privatissime et gratis* III) Exercitationes seminarii historico-ecclesiasticas moderabitur semel d. Ven. h. VI.

Adolfvs Hermannvs Henricvs KAMPHAVSEN Dr. *Publice* I) Seminarii regii exercitationes ad Vet. Testamentum spectantes moderabitur d. Mart. h. VI et VII. *Privatim* II) Psalmos explicabit quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX.

Fridericvs Antonivs Aemilivs SIEFFERT Dr. *Publice* I) De vita et doctrina Ioh. Calvini disseret bis d. Merc. Sat. h. XII. *Privatim* II) Theologiae dogmaticae partem II docebit quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI. III) Epistolas Iohannis apostoli interpretabitur bis d. Merc. Sat. h. XI. *Privatissime et gratis* IV) Seminarii theologici exercitationes systematicas dirigere perget semel d. Ven. h. VI et VII.

Carolvs Edvardvs GRAFE Dr. *Publice* I) Exercitationes ad Novum Testamentum spectantes moderari perget semel d. Lun. h. VI et VII. *Privatim* II) Epistolam a Paulo ad Romanos missam interpretabitur quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII.

Evgenivs Fridericvs Ferdinandvs SACHSSE Dr. *Publice* I) Seminarium catecheticum moderabitur bis d. Lun. h. III et IV. II) Seminarium homileticum moderabitur bis d. Merc. h. V et VI. *Privatim* III) Theologiae practicae partem alteram (artem homileticam et pastoralem) tractabit quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X. IV) Pauli epistolas quae dicuntur pastorales explicabit ter d. Lun. h. V Mart. Iov. h. III.

Carolvs Gvilelmvs Iohannes SELL Dr. *Privatim* I) Historiae ecclesiasticae partem II (inde a Carolo Magno usque ad reformationem) narrabit quinquies d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. X. *Privatissime et gratis* II) Colloquium de historiae ecclesiasticae capitibus selectis moderabitur semel d. Ven. h. V.

b. Professores Extraordinarii

Iohannes MEINHOLD Lic. *Publice* I) Iesaiae capita 13—27 interpretabitur semel d. Sat. h. IX. *Privatim* II) Iesaiae librum interpretabitur quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX.

Otto Carolvs Albertvs RITSCHL Lic. *Publice* I) Seminarii regii exercitationes ad historiam dogmatum spectantes moderabitur semel d. Iov. h. VI et VII. *Privatim* II) Ethicen theologicam docebit quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI.

Edvardvs Ferdinandvs Carolvs BRATKE Lic. *Publice* I) Origines festorum ecclesiasticorum enarrabit semel d. Merc. h. IX. *Privatim* II) Historiae ecclesiasticae partem III (inde a reformatione saeculi XVI usque ad nostra tempora) enarrabit quinquies d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. X.

c. Privatim docentes

Arnoldvs MEYER Lic. *Privatim* Vitam et doctrinam Iesu Christi tractabit quater d. Mart. Ven. h. IV.

Edvardvs SIMONS Lic. *Gratis* I) Exercitationes homileticas moderabitur semel d. Merc. h. V *Privatim* II) Theologiae practicae p. I tractabit (principia et theoriam liturgicam) quater Merc. Iov. d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X.

II. ORDINIS THEOLOGORVM CATHOLICORVM

a. Professores Ordinarii

Franciscvs Henricvs REVSCH Dr. *Publice* I) Historiam theologiae catholicae saeculi XIX enarrabit bis d. Merc. Sat. h. X. *Privatim* II) Vaticinia Messiana interpretabitur quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X. III) Theologiam liturgicam tradet quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX.

Iosephvs LANGEN Dr. *Publice* I) Locos Evangeliorum selectos interpretabitur semel d. Sat. h. XI. *Privatim* II) Epistolam ad Romanos interpretabitur ter d. Lun. Merc. Ven. h. XI. III) Historiae ecclesiasticae p. II enarrabit quinquies d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. XII.

Car. Ad. Henricvs KELLNER Dr. *Publice* I) Exercitationes tam catecheticas quam homileticas moderabitur bis d. Lun. h. V d. Sat. h. XII. *Privatim* II) Theologiae pastoralis partem alteram docebit ter d. Lun. Mart. Iov. h. XI.

Franciscvs Phil. KAVLEN Dr. *Privatim* I) Introductionem in libros Veteris Testamenti faciet ter d. Lun. Mart. Merc. h. XII. II) Librum Genesis exponet ter d. Iov. Ven. Sat. h. XII. *Privatissime et gratis* III) Exercitationes ad Vetus Testamentum pertinentes in seminario theologico moderabitur bis d. Lun. Iov. h. IV.

Iohannes Henricvs SCHROERS Dr. *Publice* I) Introductionem aestheticam in artem sacram exhibebit bis d. Lun. Ven. h. IV. *Privatim* II) Historiae ecclesiasticae medii aevi partem alteram enarrabit ter d. Mart. Merc. Iov. h. IX. *Privatissime et gratis* III) Seminarii theologici exercitationes historicas moderabitur bis d. Iov. h. V et VI.

Iacobvs KIRSCHKAMP Dr. *Privatim* I) Theologiae moralis partem priorem docebit quinquies d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. x. *Privatissime et gratis* II) Seminarii theologici exercitationes ad theologiam moralem spectantes moderabitur bis d. Iov. h. iv et v.

Iosephvs RAPPENHOENER Dr. *Privatim* I) Theologiae dogmaticae partem alteram exponet quotidie a d. Lun. ad d. Sat. h. viii. *Privatissime et gratis* II) Seminarii theologici exercitationes dogmaticas moderabitur bis d. Mart. h. v et vi.

Iosephvs FELTEN Dr. *Privatim* I) Evangelium secundum Matthaeum interpretabitur quater d. Lun. h. xii d. Merc. Ven. Sat. h. xi. *Privatissime et gratis* II) Exercitationes ad Novum Testamentum moderabitur bis d. Mart. h. iv et v.

b. Professores Extraordinarii

Bernhardvs FECHTRVP Dr. *Publice* I) Theologiam symbolicam docebit bis d. Lun. h. v d. Ven. h. iv. *Privatim* II) Liturgices partem specialem tradet ter d. Lun. Mart. Merc. h. xii.

Winfridvs Philippvs ENGLERT Dr. *Publice* I) Quomodo Shakspeare philosophiam socialem e Christi praeceptis dramatice instituerit, secundum rationes principales exponet semel d. Mart. h. iv. *Privatim* II) Apologeticam Christianam docebit bis d. Lun. Iov. h. xi. III) Propaedeuticam theologiae philosophicae docebit quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. x.

III. ORDINIS IVRECONSVLTORVM

a. Professores Ordinarii

Iohannes Fridericvs de SCHVLTE Dr. commeatu impetrato scholas non habebit.

Gvilelmvs ENDEMANN Dr. *Publice* I) Ius maritimum tradet semel d. Merc. h. xi. *Privatim* II) Ius mercaturae docebit quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. xi. III) Ius cambiorum bis d. Merc. Sat. h. xii. IV) Processum criminalem explicabit quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. iv.

Pavlvs KRVEGER Dr. *Publice* I) In seminario regio exercitationes iuris Romani instituet semel d. Mart. h. v et vi. *Privatim* II) Institutiones iuris romani docebit quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. x. III) Pandectarum partem iii (ius hereditarium et ius familiae) docebit quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. ix.

Hermannvs SEVFFERT Dr. *Publice* I) In seminario regio exercitationes processus civilis instituet semel d. Lun. h. v et vi. *Privatim* II) Ius criminale tractabit quinquies d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. xii. III) Exercitationes iuris et processus criminalis moderabitur semel d. Iov. h. v et vi.

Hermannvs HVEFFER Dr. *Publice* I) Ius matrimoniorum tradet bis d. Lun. Iov. h. iv. *Privatim* II) Ius ecclesiasticum catholicorum et evangelicorum docebit quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. iii.

Conradvs Hvbertvs Hvgo LOERSCH Dr. *Publice* I) Elementa iuris quod in terris Rhe-

nanis viget docebit semel d. Merc. h. III. *Privatim* II) Historiam iuris Germanici tradet quinquies d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. XII.

GVILELMVS KAHL Dr. *Privatim* I) Ius publicum Germaniae et Borussiae docebit quinquies d. Lun. Merc. Iov. Ven. h. X. II) In usum theologiae evangelicae studiosorum ius ecclesiasticum tradet ter d. Lun. Merc. Ven. h. III. *Privatissime et gratis* III) Historiam fontium et scriptorum iuris ecclesiastici tractabit semel d. Sat. h. XI.

ERNESTVS ZITELMANN Dr. *Privatim* I) Pandectarum partem I (partem generalem et ius rerum) tradet septies d. Lun. Iov. h. X d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. XI. II) Exercitationes iuris civilis practicas instituet ter d. Merc. h. XII d. Sat. h. XI et XII. *Privatissime et gratis* III) In seminario regio societati iuris Romani praeerit d. Lun. h. V et VI.

IVLIVS BARON Dr. *Publice* I) In seminario regio cum studiosis provectioribus iuris Romani controversias graviores tractabit semel d. Ven. h. V et VI. *Privatim* II) Pandectarum partem II (ius obligationum) exponet quater d. Mart. Merc. Ven. Sat. h. X. III) Processum civilem imperii Germanici docebit quinquies d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX. IV) Exercitationes iuris Romani exegeticas instituet semel d. Merc. h. V et VI.

b. PROFESSOR EXTRAORDINARIVS

ERNESTVS LANDSBERG Dr. *Publice* I) Processum iudicialem Romanum provectioribus exponet semel d. Merc. h. IV. *Privatim* II) Ius civile Germanicum futurum secundum alteram codicis recensionem explicabit ter d. Mart. Merc. Iov. h. XI.

c. PRIVATIM DOCENTES

HENRICVS HACKFELD PFLVEGER Dr. *Privatim* I) Historiam iuris Romani tractabit quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI. *Privatissime et gratis* II) Gai institutiones exponet semel d. Lun. h. VII.

CAROLVS SARTORIVS Dr. *Gratis* I) Exercitationes iuris publici practicas instituet semel d. Ven. h. V et VI. *Privatim* II) Ius publicae administrationis Germaniae et Borussiae docebit quinquies a d. Lun. ad d. Ven. h. IX.

IV. ORDINIS MEDICORVM

a. PROFESSORES ORDINARII

EDVARDVS PFLVEGER Dr. *Publice* I) Seminarium physiologicum moderari perget quotidie. *Privatim* II) Physiologiae specialis partem alteram i. e. vegetativam docebit quinquies d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX.

CAROLVS KOESTER Dr. *Privatissime et gratis* I) Laboratorium pathologicum una cum IORES Dr. moderabitur quotidie. *Privatim* II) Anatomiam et physiologiam pathologicam

specialem docebit quinquies d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. v. III) Cursum demonstrativum anatomiae pathologicae instituet bis d. Lun. Iov. h. II et III, cum exercitationibus rite obducendi cadavera prout materia suppetet.

THEODORVS SAEMISCH Dr. *Publice* I) De ratione mutua inter oculi et corporis morbos disseret semel d. Iov. h. VIII. *Privatim* II) Clinicum ophthalmiatricum moderabitur ter d. Lun. Mart. Ven. h. VIII. III) Cursum ophthalmoscopicum instituet semel d. Merc. h. II et III. IV) Cursum operationum in oculo instituendarum habebit semel d. Ven. h. II.

CAROLVS BINZ Dr. *Privatissime et gratis* I) Laboratorium pharmacologicum moderari perget quotidie h. p. st. *Privatim* II) Pharmacologiae experimentalis partem dimidiam tradet ter d. Lun. Merc. Iov. h. III. III) Toxicologiam experimentalem exponet bis d. Mart. Ven. h. III.

ADOLPHVS LIBER BARO DE LA VALETTE ST. GEORGE Dr. *Privatissime et gratis* I) Laboratorium anatomicum moderari perget una cum NVSSBAVM P. E. et SCHIEFFERDECKER P. E. quotidie ab h. IX ad h. I. *Privatim* II) Anatomiam specialem docebit quotidie h. VIII. III) Exercitationes anatomicas una cum NVSSBAVM P. E. et SCHIEFFERDECKER P. E. moderabitur quotidie ab h. IX ad h. IV.

FRIDERICVS TRENDELENBVRG Dr. *Publice* I) Aciurgiae capita selecta tradet d. Merc. h. VI. *Privatim* II) Clinicum et policlinicum chirurgicum moderabitur quotidie ab h. IX ad h. $X^3/_4$.

HENRICVS FRITSCH Dr. *Publice* I) De febri puerperali aget semel d. Lun. h. VI. *Privatim* II) Theoriam artis obstetriciae exponet bis d. Mart. Iov. h. VIII. III) Clinicum et policlinicum obstetricium et gynaecologicum moderabitur d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII. d. Merc. Sat. h. VIII.

FRIDERICVS SCHVLTZE Dr. *Publice* I) De tuberculosi disseret semel d. Ven. h. XII. *Privatim* II) De pathologia et therapia morborum infectiosorum aget bis d. Mart. Iov. h. XII. III) Clinicum medicum moderabitur quotidie ab h. $X^3/_4$ ad h. XII.

CAROLVS PELMAN Dr. *Publice* I) De animi perturbationibus insaniae finitimis disseret semel d. Merc. h. V. *Privatim* II) Clinicum psychiatricum moderabitur bis d. Lun. Iov. h. V.

b. PROFESSOR ORDINARIVS HONORARIVS

IOSEPHVS DOVTRELEPONT Dr. *Publice* I) De morbis cutis aget semel d. Merc. h. IV. *Privatim* II) Clinicum et policlinicum morborum cutis et syphiliticum moderabitur bis d. Merc. Sat. h. XII.

c. PROFESSORES EXTRAORDINARII

CAROLVS FINKELNBVRG lectiones non habebit.

CAROLVS DE MOSENGEIL Dr. *Publice* I) Selecta capita therapiae chirurgicae tradet semel d. Iov. h. III. *Privatim* II) Chirurgiam generalem docebit bis d. Lun. Iov. h. VIII. III) Cursus depsecticos habebit quotidie.

MAVRITIVS NVSSBAVM Dr. *Privatissime et gratis* I) Laboratorium anatomicum moderari perget una cum LIBERO BARONE DE LA VALETTE ST. GEORGE P. O. et SCHIEFFERDECKER P. E. quotidie. *Privatim* II) Anatomiam organorum sentiendi docebit bis d. Lun. Mart. h. IV. III) Topographiam intestinorum demonstrabit semel d. Merc. h. IV. IV) Exercitationes anatomicas una cum LIBERO BARONE DE LA VALETTE ST. GEORGE P. O. et SCHIEFFERDECKER P. E. instituet quotidie ab h. IX ad h. IV.

DITTMARVS FINKLER Dr. *Privatim* I) Hygienen (excepta hygiene artium technicarum) tractabit quater d. Mart. Merc. Iov. Sat. h. IV. *Privatissime et gratis* II) Laboratorium hygienicum moderari perget quotidie ab h. IX ad h. VII.

FRIDERICVS FVCHS Dr. *Privatim* I) Electrodiagnosticen et electrotherapiam tradet bis h. p. st. *Privatissime et gratis* II) De laesionibus traumaticis aget una cum WITZEL P. E. semel h. p. st.

HENRICVS WALB Dr. *Publice* I) Otologiae selecta capita tradet semel d. Mart. h. V. *Privatissime et gratis* II) Policlinicum otiatricum moderari perget bis d. Merc. Sat. h. II.

